

SACERDOS  
CUM LAVAT MANUS

D I C A T.

**L**Avabo inter innocentes manus meas , & circumdabo altare tuum , Domine.

Ut audiam vocem laudis , & enarrem universa mirabilia tua.

Domine , dilexi decorem domus tuæ , & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam , & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt , dextera eorum repleta es muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum ; redime me , & miserere mei.

Pes meus stetit in directo ; in ecclesiis benedicam te Domine.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in sæcula sæculorum. Amen.